



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXV. Der Römische König Rudolph zeigt der Stadt Lübeck an, daß er die
Uebertragung der Stadt an die Markgrafen von Brandenburg ihrer Klagen
wegen zurückgenommen, dagegen die Stadt den Herzögen von ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCXIV. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad, bewilligen der Stadt Lübeck auf Antrag Heinrichs von Hserlo, einen fernerverwehnten Stillstand bis zum nächsten Feste Mariä Reinigung, da der Römische König ihre Streitigkeiten durch Grafen Günther von Schwarzburg beizulegen beabsichtigte, am 24. Nov. (1282).

Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses marchiones. Viris discretis et honorabilibus, Consulibus ciuitatis Lubecensis, salutem et paratam pro possibilitatibus ad beneplacita uoluntatem. Veniens ad nos nuncius uester, uir prudens et ydoneus Hinricus dictus de yserenlo, hospes noster dilectus, die sancti Clementis, ex parte uestri nobis exposuit, quod cuperetis de causa, que uertitur inter nos ex una, et uos parte ex altera, habere inducias amicales longiores, quia dominus noster rex Romanorum uellet, sicut dixerat, nobilem de Swarceborch ad hanc causam destinare medio tempore, qui ex parte sui deberet inter partes bonum medium ordinare. Cum autem prefatus hospes noster follerter proponeret, quod ante festum sancti martini exisset, et faciente domino infirmitate in uia prepediretur legitima, debitoque idcirco ad nos non uenisset tempore: ob magnum sui amoris intuitum plus quam alterius rei alicuius, cupientes nichill contendere, quod non de facili contra uestram uelimus moueri prudentiam, prehabitam causam in bono iubemus consistere cum induciis amicabilibus usque ad festum purificationis beate uirginis proximum nunc uenturum, ita quod omnes et omnia ad uos pertinentia de nobis et de amicis nostris omnibus, propter nos facere ac dimittere uolentibus, ubicunque locorum usque ad tempus predictum omnimodo sint secura. Datum in uilla Nizzowe, uigilia sancte katherine uirginis.

Aus der Lübecksch. Urkunden-Samml. I, Nr. CDXXXVIII. Graf Günther von Schwarzburg hatte am 9. November d. J. 1282 schon vom Könige Rudolph den Auftrag erhalten, sich nach Lübeck zu begeben, um die Uneinigkeiten, worin die Stadt damals auch mit dem Herzoge von Sachsen gerathen war, friedlich zu vergleichen. Lübeckische Urk.-Samml. I, Nr. CDXXXVI.

CCXV. Der Römische König Rudolph zeigt der Stadt Lübeck an, daß er die Uebertragung der Stadt an die Markgrafen von Brandenburg ihrer Klagen wegen zurückgenommen, dagegen die Stadt den Herzögen von Sachsen übertragen habe, am 7. Dezember 1282.

Rudolfus, dei gratia Romanorum Rex, semper augustus. Prudentibus uiris, Consulibus et uniuersis ciuibus Lubicencibus, dilectis suis fidelibus, gratiam suam et omne bonum. Ingredientes uestre querele, nobis porrecte crebrius de illustribus marchionibus de Brandenburg, Ottone et Cunrado fratribus, dilectis nostris principibus, nostra precordia et nos feliciter ammonentes, ad salutem uestram et commodum nos fauorabiliter inclinarunt: unde predictis marchionibus super commissione ipsis de uobis facta eis litteras reuocatorias dirigentes, et uos illustribus ducibus saxonie, Joanni et Alberto fratribus, principibus nostris dilectis, propensius committentes, fidelitati uestre committimus et mandamus, precise uolentes, quatinus eisdem ducibus saxonie deuote parere et intendere studeatis in omnibus tamquam nobis. Datum hagenowe, VII Idus decembris, Regni uero nostri anno X^o.

Auf der Rückseite: Prudentibus viris Consulibus et universis civibus lubicentibus, dilectis nostris fidelibus.

Aus der Elbeckschen Urk.-Sammlung I, Nr. CDXXXIX.

CCXVI. Herzog Buguzlaw von Pommern verpfändet dem Herrn Nicolaus von Werle das Land Stavenhagen, damit dieser ihm mit allen seinen Kräften in dem Kriege wider die Markgrafen Beistand leiste, im Jahre 1282.

In nomine domini amen. Buguzlaus, dei gratia dux Slavorum et kassubie, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Que largiuntur consiliis principum, necessarium est, ut robur obtineant et vigorem. Igitur notum esse volumus presentibus et futuris, quod domino Ny(colao) de Werle, avnculo nostro karissimo, et suis heredibus terram nostram Stouenhagen, ut nobis totis viribus per totam nostram guerram contra marchiones succurrant, pro quatuor millibus argenti tamquam pro salario obligamus; ita scilicet, quod, quando predictam perfoluerimus pecuniam, nos et nostri heredes eandem terram nostram possideamus postea sicut prius. Preterea recognoscimus, quod, si noster avnculus dilectus vel sui heredes aliquibus Guerris preoccupati fuerint, eandem terram pro sua necessitate poterunt obligare; nichilominus tamen istius pecunie portio non debet aliquatenus auementari. Sic itaque omnes vasalli nostri in terra Stouenhagen residentes domino Nycolao de Werle, avnculo nostro predilecto, et post suis heredibus homagium facient et se suis inperiis subiugabunt. In hujus rei testimonium presentem literam nostri sigilli munimine dignum duximus communiri. Huius rei testes sunt dominus Fridericus Vos, dominus Nycolaus Draco, dominus Gobeles Marscalcus, dominus Fridericus de Hindenborch, Otto Draco et alii quam plures, quorum nomina in presenti litera non sunt scripta. Acta sunt hec anno Incarnationis ihesu christi M^oCC^o octuagesimo secundo, per manus Hincrici, notarii curie domini Nycolai de Werle.

Nach der Abdrucke in den Balt. Stud. II, 125. 126.

CCXVII. Pabst Martin IV. beauftragt den Erzbischof zu Cöln und die Dechanten zweier Stifte daselbst, die gegen die Markgrafen von Brandenburg Johann, Otto und Konrad und gegen ihre Lande wegen der Befehdung des Bischofes von Halberstadt ausgesprochene Bann- und Interdict-Sentenz zur Beobachtung zu bringen, am 4. Januar 1282.

Martinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Archiepiscopo Coloniensi et Dilectis filiis sancte marie ad Gradus et sancti Gereonis, Coloniensium ecclesiarum decanis, Salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis venerabilis frater noster Halberstadenfis Episcopus petitione monstravit, quod nobiles viri Johannes, Otto et